



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

VIII. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Theobaldus è vano Juyene Abbas Sanctus, cui Beatissima Virgo se videndam præbuit, & ut in extasi contemplatione Sanctissimæ Trinitatis frueretur, effecit, salutans sanctissimum Sacramentum semper pro gratiis MARIÆ datis DEUM benedicebat, quod sibi multum placere DEUS miraculo exhibuit. *Nad.* Gaudet Filius honore Matris.

S. Theobalde ora pro me, ut qui te in vanitate secutus sum, sequar etiam in sanctitate, ut tuo exemplo pariter ad vitam austeram me componam, sicq; delicta juventutis, & ignorantias meas expiem, & agonem mihi felicem reddam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilem & actualium creaturarum affectu amare, tibi usq; ad ultimum vitæ &c. *fol. 19.*

Ad quod impetrandum: Obibo precibus cœlestes Sanctorum ordines, Marianum ab iis amorem stipis locò emendicaturus.

Plus meruit Gloriosa Virgo unico illo consensu Conceptionis Filii DEI, quàm omnes creaturæ, sive Angeli, sive homines in cunctis suis actibus, moribus & cogitationibus. *S. Bernardin. sen. 10. 4. ser. 6. c. 3.*

Quæstio de causa festinationis, quâ MARIA Elizabetham in visit? *v. Sylveir.*